Pſ. Timor dñi ſanctus ꝑmanet in ſecula ſeculor͛. t Et adorabūt viuentē in ſecla ſeculor͛: id ē deū ex corde. ſ. diuinū honorē exhibēdo ei ſꝫm qđ monet. Pſ. Venite adorem᷒ ꝛ ꝓcidam᷒ ante deū. v Et mittebāt coronas ſuas añ thronū: victorias ſc₃ ꝗs de diabolo ꝛ peccatis ꝑ ipm obtinuerant ipſi attribuendo: ꝛ ꝗcꝗd boni habent/ ad ipm retorquendo. Utrūq₃ em̄ ſignificat͛ ꝑ coronā: ſc₃ ꝛ victoria: qꝛ corona nō dat͛ niſi victori: ꝛ oim honor͛ poſſeſſio: qꝛ illū cui dat͛/ letificat ꝛ iocūdū reddit: ſic iocūdū faciūt hominē ꝟtutes ꝛ bona merita/ ꝗbus dat͛ glia eterna. Et dicit: Ante thronū: qꝛ opera maior͛ debēt fieri in publico/ vt inde minores capiant exēplū: Mat. v. b. Luceat lux vr̄a corā hoib᷒ ꝛc̄. ꝛ glorificēt patrē vr̄m ꝗ in celis ē: vos imitādo ī bonis. S₃ qꝛ nō ſolū corde humiliare ſe debet homo ad laudādū dñm/ ad qđ ꝑtinēt tria ꝓdicta. ſ. ꝓcidere/ adorare/ coronas mittere: ſ₃ etiā debet ſe hūiliare. ſ. ore laudādo. Propter h̄ ſubiūgit/ x Dicētes: Dign᷒ es domine deus noſter accipere: a tua creatura ꝑ gratiar͛ actionem. y Gloriā ꝛ honorē ꝛ virtutem: quod ſupra dixit bñdictionē. q. d. Tu es ꝗ dignos nos facis digne tibi ipēdere laudē: qđ facimus quādo ipm ſolū glorioſum/ honorabilem ꝛ virtuoſum: et inſuperabilē predicamus: Ipſe ꝟo a nob̄ h̄ accipit: qñ laudātib᷒ benigne ānuit. Vñ Heſter. v. a. Cūq₃ vidiſſet heſter reginā ſtātē/ placuit oculis eius/ et extendit ꝯtra eā virgā aureā quā tenebat manu. Tūc Heſter ſtat corā aſſuero: qñ fidelis aīa ꝺcātat laudes dño: ꝛ dñs ꝟgā aureā extēdit ad eam qñ ei᷒ laudes benigne recipit. Et notādū ꝙ loquēs ꝺ laude ſcꝑture dixit bñdictionē/ cū dixit: Et cū darent illa ꝗttuor ꝛc̄. loquens de nr̄a laude ꝓ benedictione dixit: virtutē: in hoc ꝛ ſcripture ſignificat firmitatem ꝛ ſtabilitatē: de qua vnū iota aut vnus apex nō ꝑteribit: Matth. v. c. Et noſtrā exꝑmit fragilitatē: qui vt aque dilabimur in terrā que nō reuertūt͛. ij. Reg̃. xiiij. c. Et nota modū humiliādi qui in quattuor ꝯſiſtit. Primo vt ante deū ꝓcidemus reuerendo: ꝛ adorem᷒ ipſi ſeruiendo: ꝛ mittam᷒ coronas: bona oia ꝗ i nob̄ ſūt ipſi reputādo: ꝛ tandē gr̄as referam᷒ laudātes noſtrā fragilitatē cognoſcēdo: Et hec exꝑſſa ſūt ꝑ ꝗttuor que hic dicta ſūt: ſcilicet. Procidebāt ꝛ adorabant/ mittebant dicentes: Dign᷒ es ꝛc̄. Cauſam aūt oium ꝓdictor͛ ſbiungit dicēs:

Quia tu creaſti

a Quia tu creaſti oĩa: dignus es. ſ. ab omĩbus lauda
E ri. Judith. ix. d. Dñs toti⁹ creature. b Et ꝑpt voluntatẽ
tuã: id eſt iuxta. Uel ſm voluntatẽ tuã erant anteqȝ eſſent in eſ
ſentia ſua. Unñ illud: Domino deo anteqȝ crearent oĩa ſũt co
gnita. c Et creata ſunt. Que enĩ ꝑus ab eterno fuerunt i
mente diuina: tandẽ ꝓdierũt ad eſſe / quã
do fecit deus oĩa. Joh. j. a. Qd factũ eſt:
Ezech. 2. d id eſt quicqd ſcȝ oĩs creatura anteqȝ ſcȝ fi
eret / in ipſo vita: id ẽ q̃ eſt vita / erat tãqȝ i
exẽplũ oĩm vel idea. Expoſitio Ca. V.
A Et vidi in dextera ſedẽtis
&c. Hec eſt ſecũda pars huius
viſionis ſecũde / in qua oſtendit
iohanni quõ ſacramenta eccleſie & myſte
ria ſũt in chriſto mãifeſtata. Et hoc ẽ per
hoc: qȝ dat⁹ eſt chriſto liber q̃ erat in ma
nu ſedẽtis. Diuidit itaqȝ hoc capitulũ in
octo ptes. In ꝑma oñdit iohãni diſpoſitio diuĩa d redẽptiõe
hũani generiſ q̃ p librũ ſignificat. In ſcd̃a deſideriũ antiq̃rũ d
ĩpletiõe illi⁹ diſpoſitiõis / ibi: Et vidi angelũ. In tertia affli
ctio de dilatiõe impletiõis / ibi: Et ego flebam. In quarta
ponit flentiũ ꝯſolatio / ibi: Et vnus de ſeniorib⁹. In qn
ta ponit adimpletio ꝓdicte diſpoſitiõis / ibi: Et vidi et ecce
in medio &c. In ſexta oñdit qd ſcti reddãt deo ꝑ aptiõe libri
id ẽ adipletiõe ꝓmiſſionis: q̃ erat de redimẽdo hũano genere /
ibi: Et cũ aperuiſſet. In ſeptima oñdit iohãni ꝯgratulatio
angeloꝝ de redẽptione hoĩm & liberatiõe / ibi: Et vidi & au
diui. In octauo oñdit ei quõ ſcti ꝯſentiũt ꝯgratulatiõi ange
lorũ / ibi: Et q̃ttuor aĩalia &c. Dicit ḡ: d Et vidi. Hic
notãdũ q̃ in ꝑcedẽti capitulo dixit: Poſt hec vidi &c. In
q̃ oñdit q̃ viſio que ibi incipiebat erat alia a ꝑcedẽte que ince
pta a ſcd̃o capitulo ibidẽ t̃minabat: hĩc vo nõ apponit aliquã di
ctionẽ ſignificãtẽ ordinẽ: ſʒ p copulatiuã cõiũctionẽ incipit / oñ
dẽs in hoc q̃ nõ incipit h alia viſio: ſʒ hec eſt ps vna ꝑcedentis
viſionis q̃ in primo capitulo icepit. Dicit ḡ: Et vidi i dex
tera dei ſedẽtis ſup thronũ librũ. Hic liber ẽ ſacra ſcri
ptura q̃ ẽ in dextera dei: quia ducit ad dexteram in qua agni
ponentur: Matth. xxv. c. Statuet oues quidem a dextris.
Pſ. 97. Uel: In dextera: id eſt in filio qui & dextera dei ẽ. Pſ. Sal
Pſ. 117. uauit ſibi dextera eius. Et illud: Dextera dñi fecit virtutẽ &c.
Et: Ad dexterã dei patris ſedet: Et in eo dicit eſſe ſcptura: qa
ipſe eã in ſe impleuit: Matth. v. b. Nõ veni ſoluere legẽ: ſed i
plere. Unñ Deut. xxxiij. a. In dextera eius ignea lex. Scriptu
ra dicit lex: quia nos ligat retrahẽdo a malis: Sʒ ignea: quia
nos inflãmat ad amorẽ creatoris. e Scriptũ intus: quo
ad vetus teſtamẽtũ in quo abſcondita erat noſtra redemptio.
Unñ in ſignũ hui⁹ agnus ꝑcipiebat ad veſperã imolari. Exo.
xij. a. f Et foris: quo ad nouũ teſtamentũ: in quo manife
ſtata ẽ nr̃a redẽptio. Ul' Scptũ itus / p ſenſũ myſticũ q̃ ad ꝓ
fũdiora myſteria. Et foris: p hiſtoriã. Uel Scptũ itus: ad
ſpũalẽ exercitiũ q̃ ad ꝑuerſos. Et foris: ad mioꝝ documẽtũ.
Ul' Scptũ it⁹: ne ſecreta ſapie imũdis & canib⁹ apiant. Et
foris: vt mũdis cordib⁹ vitas mãifeſtet. g Signatũ ſigil
lis ſeptẽ: id eſt toto tẽpore veteris teſtamenti / qd̃ p ſeptena
riũ deſignat: quia ante tẽpus gratie nullus ad octonariũ eter
ne beatitudinis peruenit. Uel Signatũ ſeptẽ ſigillis: id ẽ
ſeptẽ obſcuritatib⁹ clauſum. Quaꝝ prima: Profunditas ſen
tentiarũ. Eccl̃i. j. a. Altitudinẽ celi & latitudinẽ terre et profun
dum abyſſi: id eſt ſcripture / quis dimenſus eſt? Solus deus.
Hiero⁹ in plo Secũda mltiplicitas intelligẽtiaꝝ. Hiero⁹. In vbis ſingulis
go biblie. ca. 7 mltiplices latẽt itelligẽtie. Tertia / velamẽ figuraꝝ: qd̃ adhuc ẽ
ſuper corda iudeorũ. ij. Cor. iij. d. Hodie cũ legitur moyſes:
velamẽ poſitũ eſt ſup corda eorũ. Quarta / incõꝑhẽſibilitas
rerũ. Ro. xj. d. O incõꝑhẽſibilia ſũt iudicia ei⁹. Quĩta / ob
ſcuritas myſterioꝝ. Eſa. xxiiij. c. Secretũ meũ mihi. Sexta /
Pſ. 30. dulcedo tropologiaꝝ. Pſ. O magna multitudo dulcedinis
tue dñe. Septĩa / infallibilis veritas oĩm eoꝝ q̃ in ſcpturis di
cuntur. Matth. xxiiij. c. Celum & terra tranſibunt: verba aũt
Hiero⁹ in plo mea nõ ꝑteribũt. Propter hoc dicit Hiero⁹. Quãti hodie pu
go biblie. c. 5. tant ſe ſcire litteras / tenent librũ ſignatũ: nec aperire poſſũt ni

a Quia tu creaſti oĩa: Et ꝓpter
b voluntatẽ tuam erant / et crea
c ta ſunt.

Ca. V.

d Et vidi in dextera ſe
e dẽtis ſupra thronũ li
f brũ ſcriptũm intus &
g foris ſignatũ ſigillis ſeptem.

ſi ille reſerauerit qui habet clauẽ dauid: qui aperit: et nẽo clau
dit: claudit & nemo aperit. s. iij. b. Eſa. xxix. d. Erit vob viſio
omniũ ſicut verba libri ſignati: quem cũ dederint ſcienti litte
ras / dicent lege iſtum / et reſpondebit: non poſſum: ſignatus
eſt enim. Et dabitur liber neſcienti litteras: diceturqȝ ei: lege /
et reſpondebit: neſcio litteras. Uel liber
eſt chriſtus (vt dixim⁹) cuius ſignacula
ſunt ſeptem opera noſtre redemptionis.
Incarnatio: que fuit ſignificata Eſa. vij.
a. Et acceſſi ad prophetiſſam & concepit
& peperit filiuȝ. Natiuitas ex vtero. Hec
fuit ſignificata in natiuitate iſaac: Gen.
xxj. a. Paſſio eius fuit prefigurata in im
molatione agni / Exo. xij. a. Et hirci. Nu
meri. vij. g. Reſurrectio hec fuit ſignifica
ta in ſanſone: qui portas gaze conregit.
Judic. xvj. a. Aſcenſio: que fuit ſignifica
ta in hoc q̃ paſſer vnus viuus relinquitur: Leuit. xiiij. a.
Et in raptu helie. iiij. Reg. ij. b. Spiritusſancti miſſio. Unde
in figura huius ignis deſcendit de celo. iij. Reg. xviij. f. Et
iiij. Reg. j. c. Aduẽtus ad iudiciũ: Daniel. vij. c. Et libri apti
ſunt. Item corpus chriſti quod in ſacramẽto altaris quotidie
ſumim⁹: liber poteſt dici. Eccl̃i. xxiiij. c. Hec omnia liber vite.
Et Joh. vj. d. Panis ver⁹ eſt q̃ d celo deſcendit: & dat vitam
mũdo. Hic ſcriptus eſt intus conſolationibus & ſuauitatibus
plenus. Et ſcriptus foris: qȝ latens ſub ſpeciebꝰ nõ eſt nob viſi
bilis. Hic etiam ſignatus eſt ſigillis ſeptẽ: id eſt ſeptem mira
bilib⁹ q̃ accidũt / ibi: Cõficit enĩ corp⁹ chriſti / nõ augmentatũ:
ſic hydria plena cinerib⁹ tãtũdẽ aque recipit acſi eſſet vacua.
In os hoĩs itrat nõ diminutũ ea potẽtia q̃ clauſo matr' exiuit
vtero: & d ſepulchro & ianuis clauſis ad diſcipulos itrauit. De
pane fit nõ materiato: nec mutatũ idẽ manẽs qd̃ pri⁹: ſic mea
cognitio quodãmõ tua fit mediãte voce: & tñ aĩa tua ẽ: nec alia
eſt nec aliud q̃ȝ prius fuit. Comedit nõ ꝯſũptũ: ſic viror herbe
viſum reficiens non conſumitur. Ab immundis ſumitur nõ cõ
taminatur ſicut ſolis radius / licet immunda loca illuminet: nõ
fit tamen immundus. Uidet nos: non viſus a nobis: ſicut ali
quis lapis precioſus facit non videri aliquem: qui tñ alios vi
dit. A pluribus totum ſumitur non diuiſum: ſic lumen cande
le non minuitur: et ſi multe candele inde accẽdantur. Uel ſicut
eccl̃ia dicit liber cui⁹ ſeptẽ ſunt ſigilla: ſicut ioachim diſtinxit:
qui hunc librum expoſuit. Primũ eſt mundatio baptiſmi pri
mitiuorũ fidelium. Secundum manifeſta perſecutio / infideles
ſaucians / & eorum ſanguinem fundens. Tertium occulta perſe
cutio cum dei protectione: vel potius nouelle eccleſie humilia
tio. Quartum eſt perſecutio hereticorũ: que in tempore apo
ſtolorum incepit. & vſqȝ ad tempora antichriſti durabit. Quin
tum glorificatio martyrũ & pro fide glorificatorũ in prima ſto
la qui iam ſunt ſecuri de ſecunda. Sextum perſecutio antichri
ſti. Septimũ modica eccleſie requies poſt antichriſtum extin
ctũ / quando libere predicabunt fideles / annunciantes tam ꝑte
rita q̃ȝ futura de reprobis & electis. Hic tñ notãdũ q̃ liber mul
tis modis accipitur in ſcriptura.

Eſt enĩ liber
- Preſcientie Exo. xxxij. g. Aut dele me de libro tuo.
- Chriſt⁹. Pſ. Et in libro tuo omnes ſcribentur. Pſ. 138
- Uite. Phil. iiij. a. Quorũ noĩa ſunt in libro vite
- Nature. Rom. j. c. Inuiſibilia dei a creatura mũdi per ea q̃ facta ſunt &c.
- Pene. Naum. j. a. Onus niniue liber viſionis.
- Picture. Eſa. xxxiiij. a. Cõplicabunt ſicut liber celi.
- Scripture. Zach. v. a. Uidi et ecce volumen volans.
- Eucharíſtie. Eſa. xxix. d. Cum dederint ſcienti l̃ras &c. vt. s.

b Et vidi angelũ

> a Et vidi angelū fortē predi-
> b cantē voce magna: Quis eſt
> c dignus aperire librū: et ſolue
> d re ſignacula ei⁹. Et nemo po-
> i terat in celo neqꝫ in terra /
> k neqꝫ ſubt⁹ terrā aperire librū /
> l neqꝫ reſpicere illū. Et ego fle
> n bam multū qm̄ nemo dignus
> o inuētus eſt apire librū / nec vi
> p dere illū. Et vnus de ſenioꝛi
> q bus dixit mihi: Ne fleueris.
> t Ecce vicit leo de tribu iuda.

G a Et vidi angelum fortem. Secūda pars in qua oſtendit deſideriū antiquoꝝ de impletiōe diuine diſpoſitiōis q̄ i libro ſignata eſt: ſcꝫ redēptio hūani generis. Vn̄ dic: Et ecce vidi angelum: patres ſcꝫ veteris teſtamenti: qui ſingulariter dicunt angelus ꝓpter vnitatē fidei. Fortem / ꝓpter lōganimitatē expectationis. Sciebant em̄ ꝙ erant ad inferos deſcēſuri. Unde Job. xiiij. c. Quis mihi h tribuat vt in inferno protegas me ꝛc. b Predicantem: id eſt inquirētē. j. Pet. j. b. De q̄ ſalute exquiſierūt atqꝫ ſcrutati ſunt ꝓphete q̄ de futura in vobis gratia ꝓphetauerūt / ſcrutātes in qd̄ vel quale tēpus ſignificaret in eis ſpiritus chriſti ꝛc. c Voce magna: Ecce deſiderium. Vn̄ Luc. x. d. Beati oculi qui vident q̄ vos videtis: dico em̄ vob ꝙ multi reges ꝛ ꝓphete voluerūt videre q̄ vos videtis ꝛ non viderunt. Hoc autem deſiderabant patres veteris teſtamenti ꝓpter multa. Primo: vt ipſi a limbo liberarent. Job. xvij. d. In ꝓfundiſſimū infernū deſcendēt om̄ia mea. Quos ipſe inde liberauit Zach. ix. c. Tu xp̄o in ſanguine tuo ꝛc. Item vt deo reconciliarent. Job. ix. d. Nō eſt qui vtrūqꝫ poſſit arguere et ponere manū in ambobus. Grego⁹. Manū chriſt⁹ ieſus i ambobus poſuit: quia homini exemplū operādi tribuit: ꝛ deo in ſe opera quibus placaret oſtendit / qd̄ nunq̄ vllus alius facere potuit. Item vt dei hominis blandā familiaritatē aſſequerentur. Cant. viij. a. Quis mihi det te frem vt videā te foris: id ē hominē ꝛ deoſculer te p familiaritatē: Beatus Bern̄. Iam ꝓmiſſiōes ꝛ viſiones nō recipio: figuras ꝛ enigmata nolo: ipſas quoqꝫ angelicas ſpecies faſtidio: om̄es quippe ſuperat ſpecie ꝛ pulchritudine ieſus meus. Itē vt onus ꝛ auſteritas legis eis mitigaret. Job. ix. d. Auferat a me virgā ſuam. Eſa. x. f. Cōputreſcet iugum a facie olei. Item vt ſcripture eis aperirent. Job. xxxviij. b. Nūquid poſt ortū tuū p̄cepiſti diluculo: ꝛ oſtēdiſti auroꝛe locum ſuū: Auroꝛa eſt ſcp̄ture intelligētia: q̄ poſt natiuitatē chriſti eſt aperta. Bern̄. Iā moyſen nō audio impeditioꝛis lingue: Exo. iiij. c. Eſaie labia immūda ſūt Eſa. vj. b. Hieremias neſcit loqui quia puer ē. Hiere. j. b. Prophete omnes elingues ſunt: ipſe loquat ſcꝫ chriſtus qui eſt verbum patris. Vox illa magna erat hec. d Quis eſt dignus aperire librū. q. d. null⁹ niſi fili⁹ dei. Librū apire: id ē diuinā diſpoſitionē implere / vel veteris legis p̄cepta manifeſtare. e Et ſoluere ſignacula eius. Videt eſſe oꝛdo p̄poſter⁹: q̄a p̄us eſt ſoluere: deinde aperire. Sol. Hoc dicit: quia libꝝ ſcripture p̄mo impleuit chriſtus / et poſtea ſoluit. Act. j. a. Cepit ieſus facere ꝛ docere. Uel hoc dicit: quia chriſtus qd̄ diſpoſitum erat a patre / in ſe impleuit: qd̄ eſt librū aperire: tamē poſtea p p̄dicationē angeloꝝ: id eſt p̄dicatoꝝ adimpletionem factam manifeſtauit. f Et nemo: id eſt nihil vtens ratione: g Poterat neqꝫ in celo: vt angeli: h Neqꝫ in terra: vt homo: i Neqꝫ ſubtus terram: vt ſpiritus human⁹ coꝛpoꝛe iam exutus / k Aperire librū: id eſt redimere genus humanū. Quicq̄d em̄ habebat boni pura creatura / totū deo debebat. Vn̄ Aug⁹. Niſi vnigenitus dei filius moꝛeret / gen⁹ hūanū nō redimeret / ꝛ nō redemptū periret. l Neqꝫ reſpicere illum: id eſt perfecte intelligere generationē redemptoris. Eſa. liij. c. Generationē eius quis enarrabit: Et Luc. iij. c. dicebat iohannes: Nō ſum dignus coꝛrigiā calciamentoꝛū ei⁹ ſoluere: id ē nō poſſū digne ſiue pfecte generationē ei⁹ ſenſu itelligere / vl̄ xp̄bis explicare. Vn̄ etſi ſciebāt futurā eē incarnationē: tamen de mō dubitabāt. Vn̄ etiā btā xp̄go dubitauit de mō / dicēs Luc. j. d. Quō fiet iſtud ꝛc. m Et ego flebaꝫ. Tertia ps in q̄ oñdit afflictio de dilatione. Sꝫ querit h: Aut intelligebat iohānes aut nō: Si nō: ergo nō debuit flere: quia neſciebat q̄d erat: Si ſic ḡ ſilr̄ nō debuit: qꝛ ſciebat hoc eſſe impletum. Sol. Glo. dicit / ꝙ hoc in perſona prioꝛum patrum dicit / nō in ſua / qui ꝓpter hoc flebant: quia dilatam reparationē dolebant ꝛ nō intelligebant. Prouerb. xiij. b. Spes q̄ differtur affligit aīam. Dicit ḡ: Et ego: in pſona patrū antiquorū dic iohānes: Et flebā n Qm̄ nēo dign⁹ inuent⁹ eſt aperire librū: qꝛ oēs inq̄nat. Eph. ij. a. Eram⁹ natura filij ire ſicut ꝛ ceteri o Nec videre illū. Sed adhuc queritur hic: quare non dixit ꝙ angelus fortis quē in perſona patrū p̄dicantē dixerat flebat: ſ ipſe iohānes: Sol. Ad innuendū: ꝙ eadem eſt vnitas eccleſie in nouo ꝛ veteri teſtamento. Ipſe enim qui erat perſona noui teſtamēti in perſona antiquoꝝ flere ſe dicebat. Cant. vj. c. Una eſt colūba mea. p Et vnus de ſenioꝛib⁹ ꝛc. Quarta pars in qua flentibus ꝯſolatio datur. Vn̄ dicit: Et vn⁹ de ſenioꝛibus dixit mihi ne fleueres. Nō dicit: ne fleas: qꝛ naturale eſt homini flere ꝓ dilatiōe amati: ſed non debet fletū ꝯtinuare. Vn̄ ſenſus eſt: ne fletum continues: ſed intercipe ꝯſolationē: quia veniens veniet quē tu emularis. Seniores ſūt ꝓphete om̄es: qui vnus dicunt ꝓpter fidei vnitatē: et quia cōcoꝛditer de aduentu dn̄i p̄dixerunt. Job. xxxviij. c. Nunquid ꝯiūgere poter micātes ſtellas pliades: id eſt ꝓphetas in vnū facies cōcoꝛdare / vt vnū quid certū ſentiant ꝛ nūcient de chriſti incarnatione: q. d. etſi multi patres chriſti aduentū deſiderabāt: ꝛ de eius dilatiōe dolebant: tamē in hoc conſolationē recipiebant / ꝙ om̄es ꝓphete ipm̄ concoꝛditer p̄dicebant ꝛ ad maius conſolatiōis augmentū / nō ſolū venturꝝ: ſed de qua tribu nūciabant. Vn̄ ſequit: q Ecce vicit. Hoc dictū eſt patrib⁹. Ecce / aduerbiū demōſtrādi. q. d. apparebit: Eſa. xxv. c Ecce de⁹ nr̄ iſte r Vicit id ē vicet. Hoc dic certitudine. De hac victoꝛia. j. Reg. ij. a. Arc⁹ foꝛtiū ſupat⁹ ē: ꝛ infirmi accīcti ſūt roboꝛe. Exo. xv. a. Dn̄s q̄ſi vir pugnatoꝛ curr⁹ pharaōis ꝛ exercitū ei⁹ deiecit i mare. Luc. xj. c. Si aūt foꝛtioꝛ ſuperueniēt vniuerſa vaſa ei⁹ diripiet. s Leo: id ē chriſt⁹ t De tribu iuda ꝓcedēs tāqꝫ ſpōſus d thalamo ſuo. Mat. ij. a. Et tu bethleē tra iuda nequaqꝫ minima es ꝛc. Gen̄. xlix. a. Catul⁹ leonis iuda ad predā aſcendiſti fili mi: requiēſcēs accubuiſti vt leo. Oſee. xiij. c. Cōſumā eas ibi q̄ſi leo. Fuit aūt chriſt⁹ leo in incarnatiōe / vbi cauda hūanitatis abſcōdit veſtigia diuinitatis ne diabol⁹ ea iueſtigaret: ſic leo cauda ſua veſtigia delet. Eſa. xj. b. Leo q̄ſi bos paleas comedet. Itē leo fuit i ꝓgreſſu vite: qꝛ audacter arguebat pctōꝛes. Prouerb. xxx. d. Leo foꝛtiſſim⁹ beſtiaꝝ ad nulli⁹ pauebit occurſū. Mat. xxiij. b. Ve vob ſcribe ꝛ phariſei hypocrite. Vn̄ Oſee. xj. d. Quaſi leo rugiet: ꝛ foꝛmidabūt filij maris. Itē leo i paſſiōe vbi diabolū ꝓprie vicit / ꝛ p̄dā d manu eius: id de inferis captiuos tulit. Numeri. xxiij. d. Nō accubabit vt leo donec deuoꝛet p̄daꝫ. Et Numeri. xxiiij. b. Accubans doꝛmiuit vt leo: ꝛ ſicut leena quā ſuſcitare nemo audebit Deut. xxxiij. d. Dan catulus leonis: fluet largiter ex baſan. Dan interp̄tat iudiciū: ꝛ baſan ꝯfuſio: ꝛ in paſſiōe diabolum dn̄s adiudicauit cōfuſioni. Judic. xiiij. b. Dilacerauit leonē q̄ſi hedū in fruſta. Item leo fuit in reſurrectiōe vt hic: q̄a excitatus die tertio. Eſa. xxxj. b. Quō ſi rugiat leo: ꝛ catul⁹ leonis ſup p̄dā ſuā cū occurrerit ei multitudo paſtoꝝ: a voce eoꝝ nō foꝛmidabit. Hoc fuit poſt reſurrectionē / quādo foꝛtes fecit apoſtolos / ne foꝛmidarent multitudinē ſacerdotū / phariſeoꝝ ꝛ ſcribarū. Item leo erit in iudicio. Amos. iij. b. Leo rugiet: quis non timebit: Scōm Glo. leo chriſtus dicit: quia ſicut leo G doꝛmit apertis oculis

Moraliter. q Ecce vicit leo. Prelat⁹ debet eē leo p iuſticiā: ſ agn⁹ p manſuetudinē ꝛ miſericoꝛdiā. Eſa. lxv. d. Lup⁹ ꝛ agnus ſimul paſcent: leo ꝛ bos comedent paleas. Hoc fit qn̄ ſic fit temperatū ex miſericoꝛdia ꝛ iuſticia in p̄lato / ꝙ nec iuſticia miſericoꝛdiā expellit / nec miſericoꝛdia iuſticiā emollit. Sꝫ in mult hodie leo vicit ad lrām: quia p̄lati p violētiā ſubditos opprimunt. Eccl. xiij. c. Venatio leonis onager in heremo: ſic paſcua diuitū paupes / Cū tamē dicat. Ecc. iiij. d. Noli eſſe

s * in domo tua

dormit apti oclis: ſic chriſt⁹ viuēte diuinitate ī carne expirauit.
a Radix dauid. Glo. pcedēs a dauid. Sʒ ſi radix/quō pcedens a dauid: Sol. A dauid pceſſit chriſtus: qꝛ ab eo cor pulētā ſubſtātiā habuit/ nō p vim ſeminis: ſed ſicut radix a ter ra pcedit: ⁊ hoc q̄ ad hūanitatē. Itē radix dauid: qꝛ ſm diuini tatē dauid ab ipo ē/⁊ p ipm b Aprire li brū: id ē aperiat libꝛū iſe. c Et ſoluere aliis/ Septē ſigna cula: id eſt mani feſtare. d Et vidi. Quinta pars in qua oſtendit impletio di ſpoſitiōis: poſt pmiſ ſionē ſubiūgit pmiſ ſionis exhibitionem dicens: Et vidi ſic

a rādix dauid apērire librum et
b c ſolūere ſeptem ſignacula ei⁹.
d e Et ūidi ēt ecce in medio thro-
f ni ēt quattuoꝛ animaliū/ ēt in
g medio ſenioꝛū āgnū ſtāntem
h i k tānq̄ occiſum/ hābentem cor
l m nua ſeptem ēt oculos ſeptem:
n q̄ ſūnt ſepte ſpiritus dei miſſi

ſcʒ impleri/ ſicut p̄dixerat vnus de ſenioꝛibus. e Et ecce i medio throni: id eſt eccleſie. f Et quattuoꝛ anima liū: id eſt euangelioꝝ ⁊ doctoꝝ eoꝝ. g Et in medio ſe nioꝝ: id eſt p̄latoꝝ vel pphetaꝝ. h Agnū: id eſt chriſtū i Stantem: ad adiuuandū: In medio. eccleſie p nature participationē/ per protectionē/ per amoꝛis oſtenſionē. Item in medio q̄ttuoꝛ aīaliū: p ꝯcoꝛdiam eoꝝ: quia vnanimi ter cōcoꝛdant euangelia in ipm. Itē in medio pphetaꝝ: q2 nihil locuti ſunt pphete niſi per ipſum. Itē in medio p̄lato rū: quia ipſis ſpecialiter datus eſt in exemplū. Joh. x. c. Ego ſum paſtoꝛ bonus. Itē in medio omniū: quia pro oīb⁹ eſt oblatus. ii. Cor. v. c. Et p omnibus moꝛtuus eſt chriſtus. De hoc agno p̄dixerat deſiderādo. Eſa. xvi. a. Emitte agnū dn̄e dn̄atoꝛē terre: d petra deſerti: id eſt de beata ꝟgine ad mō tem filie ſion. Sed quid eſt q̄ vnus de ſenioꝛibus flentes con ſolando leonē ipm vocauit/ ⁊ in exhibitiōe iohannes agnū vi dit: Solutio. In hoc duplex chriſti natura notatur. Leo em̄ fuit foꝛtis ⁊ potens ⁊ magnus p diuinitatē: ſed agn⁹ manſuet⁹ ⁊ humilis per humanitatē. Hiere. xi. d. Ego q̄ſi agnus man ſuetus qui poꝛtaf ad victimā. Itē leo: malos puniendo: agn⁹ bonos redimēdo. Item leo in pmiſſione/ vt ſpes infirma ſe ro boꝛaret: agnus in exhibitiōe/ ne pauida ꝯſcientia foꝛmidaret. k Tanq̄ occiſū. Hic inſurgunt manichei: qui dicūt eū ha buiſſe phantaſticā carnē. Sʒ ſi tanq̄ expſſiuū eſt veritatis: ſi cut Joh. i. b. Quaſi vnigeniti a patre. Sed ſi ſtans quō occi ſus: Sol. Stans in deitate: occiſus in humanitate. Vñ ⁊ dici tur: Tanq̄ occiſū: quia in altera natura tm̄. Vel vere occiſū in ſe inq̄tum homo: quia vere moꝛtuus eſt: ſed Tanq̄ occiſū mēbꝛis. Matth. xxv. d. Qd̄ vni ex minimis meis feciſtis/ mihi feciſtis. Vl' Tanq̄ occiſum: id eſt adhuc habentē cicatrices in ſignum occiſionis contra repꝛobos in teſtimoniū. Vñ Zach. xiii. c. Quid ſūt plage iſte i medio manuū tuaꝝ. Et dicet: His plagatus ſum in domo eoꝝ qui diligebāt me. Vel Tanq̄ oc ciſum. Hoc dicit: qꝛ etſi vere moꝛtuus/ tm̄ tāq̄ occiſus dicit: quia cito cū gloꝛia reſurrexit. ii. Cor. xiii. b. Etſi crucifixus eſt ex infirmitate: ſ viuit ex ꝟtute dei.

Moraliter * i domo tua vt leo/ ſubuertēs domeſticos tuos. Et ſic agn⁹ occidit: quia nec pietas nec manſuetudo ſeruaf/ vt de tali poſ ſit dici illud. i. xiii. c. Agnus qui occiſus eſt ab oꝛigine mundi: quia cum oꝛit talis p̄latus mūdo p amoꝛē rerū ⁊ cupiditatem occidit in ipo agnus/ miſericoꝛdia ſcʒ ⁊ māſuetudo. Agnum di co l Habentē coꝛnua ſeptē: id eſt regni ⁊ poteſtatis p petuitatē. Daniel. vii. d. Poteſtas ei⁹ poteſtas ēterna. Luc. i. d. Et regni eius non erit finis. Per coꝛnua em̄/ regia poteſtas deſignaf. Luc. i. d. Et erexit coꝛnu ſalut nobis: Sed p ſeptē ppetuitas: quia om̄e tēpus hoc numero agit. m Et ocu los ſeptem: id eſt vniuerſalem nominis ſui ⁊ potentie mani feſtationē. Oculus em̄ eſt lux coꝛpoꝛis vel lucerna: ſic fama et noticia eſt q̄ſi oculus bone ꝯuerſatiōis. Vñ Cant. i. a. Oleū effuſum nomen tuū. De vtroq̄ Phil. ii. b. Et deus exaltauit illū: ecce poteſtas regni: ⁊ dedit illi nomē quod eſt ſuper omne nomen: ecce dilatatio nominis ⁊ fama bone eius cōuerſatiōis.

Vl' p ſeptē coꝛnua/ ꝯtēplatiui: q̄ ⁊ capiti adherēt/ et a carne ſe panf: ſic contēplatiui chriſto adherēt p cōtinuā meditationē: ⁊ a carnalibus ſepanf p eoꝝ ſubiectionē. Per oclos ſeptē acti ui: q̄ vidētes alioꝝ miſerias ſbueniūt eis cōpatiēdo/ ne mēbꝛa chriſti ⁊ eccl'ie in p̄cipitiū cadāt: ſic oculus videt ⁊ p̄uidet toti coꝛpoꝛi. q. d. chriſtū imitanf ⁊ ꝯtēplatiui ⁊ actiui. Vl' p coꝛnua vniuerſitas potentie ipſi⁹ chriſti p oclos di ſcretio vel plenitudo gr̄e. Joh. i. b. De cu ius plenitudine nos oēs accepim⁹. Pre mittit aūt coꝛnua: et poſt de oclis ſbiūgit: qꝛ pus debēt q̄ ꝑſunt ⁊ vtūf coꝛnib⁹ ⁊ ocl'ſ

o in ōmnem terram. Et vēnit et
p q āccepit dē dexterā ſedentis i
r s throno librūm. Et cūm aperu
t v iſſet librū: quattuoꝛ animlia ⁊
x ūigintiquattuoꝛ ſenioꝛes cēci
y z a derūt cōrā agno/ hābētes ſin
guli cithāras ⁊ phialas aure
as plenas odoꝛamētoꝝ q̄ ſūt

vētilaſſe mūdum/ carnē et diabolū/ q̄ inſtituanf ad p̄uidēdū. Vñ. Eccl. vii. a. Noli q̄rere fieri iudex/ niſi ꝟtute valeaſ irrūpe re iniq̄tates. n Qui ſūt ſeptē ſpūs dei. Hoc dicit: qꝛ p ſeptifoꝛmē gratiā ſpūſſancti quā habet chriſt⁹ ⁊ ſui regni ſpūa lis ſbluminatē oñdit: ⁊ ſue ꝟitatiſ agnitionē. o Miſſi in oēm terram. Heb. i. d. Omēs ſunt adminiſtratoꝛii ſpiritus in mi niſteriū miſſi ꝑpter eos qui hereditatē capiūt ſalutis. Quō au tē ſe habuit chriſt⁹/ oñdit dicēs: p Et venit: agnus. ſ. in car nem. q Et accepit: inq̄tū hō. r De dextra ſedētis in throno: id eſt a ſeipo deo ⁊ dei filio. s Librū: ſcʒ ſcriptu re ad ſciendū ⁊ aliis aperiendū. Et notandū q̄ ſpecialius dici tur accepiſſe gratiā cognoſcendi ſcripturas a filio q̄ a patre vel ſpiritufancto: qꝛ filius vnitus eſt illi homini. ſ. chriſto: licet hoc acceperit a tota trinitate. t Et cū aperuiſſet librū. Sexta ps capituli in qua oñdit quid ſancti reddūt deo p redē ptiōe hūani gener. Et habet ps iſta duas: qꝛ pmo reddūt deo imitationē: qꝛ ipe dedit foꝛmā viuēdi. Scdo laudē/ ibi: Et cā tabāt ⁊c. In imitatiōe aūt q̄ttuoꝛ attēdunf. Primū eſt hūi liatio: qꝛ chriſt⁹ ſic ſeipm hūiliauit exinaniendo/ qd notaf/ ibi: Ceciderūt. Secūdū ē moꝛtificatio carnis: qꝛ chriſt⁹ moꝛtu⁹ fuit/ qd notaf ibi: Habētes ſinguli citharas. Tertiū ē di lectiōis latitudo: qꝛ chriſt⁹ dilectiōe magna ⁊ ꝁelo ſe tradidit/ qd notaf ibi: Et phialas. Quartū ē oꝛatio p inuicē vt chꝛi ſtus p inimicis oꝛauit/ qd notaf ibi: Plenas odoꝛamēto rum. Dicit ergo: Et cum aperuiſſet librū: vt angelis et hoib⁹ aliq̄ q̄ pus nō itelligebāt/ inoteſcāt. Eph. iii. c. Vt inote ſcat pncipibus ⁊ poteſtatibus celeſtib⁹ p eccl'iam multifoꝛmis ſapiētia dei: Eſa. lxiii. a. Quare rubꝛū eſt indumētū tuū: Sic dicebāt angeli chriſto aſcēdenti. v Quattuoꝛ aīalia: id ē vniuerſi p̄dicatoꝛes ⁊ euāgeliſte verbi dei. x Et viginti q̄ttuoꝛ ſenioꝛes: id eſt oēs iudices eccl'ie ⁊ alii boni. Vel p aīalia ⁊ ſenioꝛes vniuerſitaſ ſctōꝝ deſignaf: vt p aīalia illi q̄ꝝ eſt diſſeminare verbū: ⁊ per vigintiq̄ttuoꝛ ſenioꝛes illi q̄ ſe de bēt in ſex opib⁹ miſericoꝛdie exercere ſm regulā q̄ttuoꝛ euāge lioꝝ. y Ceciderūt corā agno: d ſe hūilia ſētiētes/ deū magni ficātes/ ⁊ ab ipo iuſtificari hūilit poſcētes. Ceciderūt dicit/ nō deſcenderūt: qꝛ hūilitas neſcit deſcēſū. Ponit em̄ ſe in imo: ita q̄ deſcēdere nō pōt. Scit em̄ q̄ nouiſſimi erūt pmi Matth. xx. b. Et tenet p̄ceptū dn̄i: Luc. xiiii. b. Si inuitat⁹ fueris/ vade ⁊ recūbe in nouiſſimo loco: vt cū venerit q̄ te inuitauit/ dicat ti bi: Aſcēde ſupius: tūc erit tibi gl'ia corā ſimul diſcūbentibus. z Corā agno: h eſt ad differentiā caſus peccati q̄ eſt retro. Vñ Corā agno: id ē ad honoꝛē agni/ vl' ad bn̄placitū agni: Qui coꝛam agno cadit/ videt agnū: vñ ⁊ recta ⁊ pura intentio notaf. a Habētes ſinguli citharas ⁊ phialas aure as plenas odoꝛamentoꝝ q̄ ſunt oꝛatiōes ſanctoꝝ. Per citharā moꝛtificatio carnis ſignificaf. Huius cithare li gnū eſt crux: cui⁹ nō vna tm̄ choꝛda eſt: ſed plures. Hee ſūt ca ro ſm mēbꝛa ſui diuerſa/ q̄ pꝛona ſūt ad diuerſa peccata. Vñ ⁊ oīa debēt tēdi: vt ꝯſonā faciāt melodiā. Ro. vi. d. Sicut exhi buiſtis mēbꝛa veſtra ſeruire imūdicie ⁊ iniq̄tati ad iniq̄tatem: ita nūc exhibete mēbꝛa veſtra ſeruire iuſticie in ſanctificationē

Ad litteram

Eſa. xxiii. d.

¶ Eſa.xxiij.d. Sume citharã/circuĩ ciuitatẽ meretrix obliuioni tradita. Et dic: ſingl'i: q2 vnuſqſq3 ↄgruã ſibi pnitẽtiã deb3 accipe nõ oẽs vnã. Luc.ix.c. Si qs vult venire poſt me/abnegat ſemetipm ꝛ tollat crucẽ ſuã/ꝛ ſeqt me. Per phialas q̃ late ſũt ꝛ lucide/ſignificãt corda ſctõꝝ p ſapiaz lucida: ꝛ p charitatẽ dilatata. Que etiã aurei ſunt p ſapiẽtiã celeſtem vel ſcientiã ſupeminentẽ. Eph.iij.d. Scire etiaz ſupereminentem ſcientię charitatẽ chriſti: vt ipleamini in omĩ plenitudine dei. Vñ ꝛ hic dicit: plenas odoramẽtorum. i.7.d Alſoco

a orationes ſanctorũ: ꝛ cantabãt
b c canticũ nouum/dicentes: Di
d gn9 es dñe de9 accipere librũ
e f et ſoluere ſignacula ei9: quoniam occiſus es: ꝛ redemiſti nos
g h deo9 in ſanguine tuo ex oĩ tribu ꝛ lingua ꝛ populo ꝛ natio
i ne: et feciſti nos deo noſtro re
k l gnum et ſacerdotes: et regna
m bimus ſuper terrã. Et vidi et
n audiui vocem angelorũ mul
o torũ in circuitũ throni et ani
p malium et ſeniorũ: et erat nu
q merus eorum milia milium/

Hec em̃ plenitudo ẽ cõmunicatio orationũ: q̃ ſicut odor ſe circũquaq3 diffũdit in aere: ſic orationes ſanctoꝝ ſe ad oẽs extendũt. Sciũt em̃ q2 oratio quãto cõmunior: tãto eſt fructuoſior. Vñ.j.Timoth.ij.a. volebat Apl's p oĩbus hoĩbus orari/dicens: Obſecro igit primũ oĩm fieri obſecrationes/orationes/poſtulatiões/gratiarũactiões p omĩb9 hoĩbus q̃ in ſublimitate ↄſtituti ſunt. Itẽ odorib9 cõparãt orones: q2 ſicut odor aſcẽdit: ſic oratio. Eccl.xxxv.c. Oratio humiliãtis ſe nubes penetrabit/ꝛ donec ppinquet nõ ↄſolabit/ꝛ nõ diſcedet donec altiſſimus aſpiciat. Vñ Cant.iij.b. Que eſt iſta q̃ aſcẽdit p deſertũ ſicut virgula fumi ex aromatib9 myrrhe ꝛ thuris: ꝛ vniuerſi pulueris pigmẽtarij? Vel q̃libet celeſtis anim9 ꝛ ſpũalis eſt deo ꝛ ſibi. Cithara p exultationẽ: ſed phiala odoꝝ p latam capacitatẽ deuotaꝝ orationũ. a ¶ Et cãtabãt. Oſtẽſo quõ ꝛ in quo ſcti reddũt imitationẽ deo: oñdit d laude ſctõꝝ/dicẽs: Et cantabãt: eleuãdo deſideriũ in ↄtẽplatiõe: ꝛ ſeipos deprimẽdo p ↄſiderationẽ fragilitatis ſue. b ¶ Canticũ nouũ: de hũani generis innouatiõe/vel de noua re/vel etiã q2 dign9 iuẽtus ẽ q̃ librũ aperiret/qd nouũ fuit. Eſa.xlij.b. Noua q̃q3 ego annũcio Vel Nouũ: q2 de nouo teſtamẽto. Leuit.xxvj.b. Et nouis ſupuenientib9/vetera pĳcietis. c ¶ Dicẽtes: Dignus es domine deus: q2 a peccato immunis. d ¶ Accipe librũ ꝛ ſoluere ſignacula ei9. Hoc totũ expoſitũ eſt. Et q̃re dignus? e ¶ Qm̃ occiſus es: p nobis. Ro.iiij.d. Mortuus eſt propter peccata noſtra. f ¶ Et p hoc, redemiſti nos: q̃ ſub peccatis detinebamur cõcluſi. Ro.xj.d. Cõcluſit em̃ de9 oĩa ſub peccato vt oĩm miſereat. Nos/non te q̃ ſine oĩ pctõ fuiſti.j.Pet.ij.d. Qui peccatũ nõ fecit: nec inuẽtus ẽ dolus in ore ei9. Redemiſti nos de9: ſc3 exiſtẽs auctoritate/ꝛ bõ: redemiſti nos: merito. Vel verior littera/deo vt eſſem9 dei/q̃ prius eram9 diaboli p iniq̃tates noſtras ei venditi: ſicut p̃dixerat dñs Eſa.l.a. Ecce em̃ in iniq̃tatibus veſtris venditi eſtis. Et dicit: Redemiſti: q2 prius nos fecit dñs: ꝛ ne parũ hoc videret hoĩ: tandẽ hoĩem emit/qñ oẽs creaturas q̃ſi p eo habẽdo hoĩ ſubiecit. S3 tandẽ magno precio valde redemit: q2 ſanguine ſuo.j.Pet.j.c. Nõ corruptibilib9 auro vel argẽto redempti eſtis de vana veſtra cõuerſatiõe paterne traditiõis: ſed p̃cioſo ſanguine q̃ſi agni incontaminati ꝛ imaculati ieſu chriſti. Vñ ꝛ h: g ¶ In ſanguine tuo. S3 q̃re nõ dic/p ſãguinẽ? Sol'. Per ſãguinẽ totũ gen9 hũanũ redemit p ſufficientiã: ſ in ſanguine: id eſt in ſanguinis: id eſt paſſiõis imitatiõe ſolũ bonos: ꝛ ſic tãgit efficiẽtiã paſſiõis. h ¶ Ex oĩ tribu ꝛ lingua ꝛ natiõe ꝛ pplo: id eſt ex trina generatiõe triũ filioꝝ noe deriuatũ eſt totũ gen9 hũanũ/p ſeptuaginta linguas diſtinctũ: ꝛ in ſingulis linguis plurimi ſunt populi: ꝛ in populis plurime nationes. q.d. ex oĩ ppl'i natiõe q̃ ſub celo ẽ electos ↄgregaſti. Ps. Diſpſiões iſrael ↄgregabit. Mat/ Ps.14.
thei.viij.b. Multi ab oriẽte ꝛ occidẽte veniẽt ꝛ recũbent cum abraam/iſaac ꝛ iacob in regno celorum. Vel per tribum et linguã iudei maiores et minores. Vel per tribum cõmuniter omnes: p linguã maiores. Itẽ p nationes ꝛ populũ/gẽtiles. Per p̃mũ maiores: quoꝝ natiões note ſunt magis ꝛ diſtincte: p ſecundũ minores de plebe. De p̃mo Act.x.g. Et in natiões: id eſt in paganos gratia dei diffuſa eſt. De ſecũdo Deut.xxxiij.

a.Dilexit ppl'os. i ¶ Et feciſti nos deo nr̃o regnũ: id ẽ tales in q̃bus de9 regnat p gratiã: in q̃bus diabol9 prius regnabat p culpã. k ¶ Et ſacerdotes: vt noſmetipſos offeramus deo: ſm qd monet Apl's Ro.xij.a. Obſecro vos p miſericordiã dei vt exhibeatis: id eſt offeratis corpa vr̃a hoſtiã viuentẽ ꝛc. l ¶ Et regnabim9 ſup terrã: id ẽ terrenitatem abĳciẽtes/latrones ſuſpendem9: id ẽ peccata q̃ animã nobis furãt rebelles ſubĳciem9: id ẽ mot9 carnales ſpiritu domabim9 vt tãdẽ ſup terrã viuentiũ regnantes dicam9 cũ Dañ.7.c
Ps. Cor meũ ꝛ caro mea exultauerũt i deũ viuũ. S3 q̃re nõ Ps.83.
dicit reges ſicut dicit regnũ: ꝛ ecõuerſo/q̃re non dicit ſacerdotiũ ſicut ſacerdotes? Sol'. Quia q2 nos regim9 hoc a deo eſt. Vñ reges nõ ſum9/niſi q2 regnũ dei ſum9. S3 q2 ſumus ſacerdotes deo nos offerẽdo/hoc magis habem9 a nobis: q2 a libero arbitrio/ꝛ p̃parante ꝛ coopante. Sed cũ in Exo.xix.a. dictũ ſit: Et vos eritis mihi in regnũ ſacerdotale ꝛ gens ſancta. Itẽ.j.Pet.ij.b. Vos eſtis gen9 electũ/regale ſacerdotiũ. Et h: Feciſti nos deo nr̃o regnũ ꝛ ſacerdotes: q̃ritur vñ ſit iſta diuerſitas? Sol'. In Exodo ſacerdotiũ adiectiue poſitũ ẽ: q2 in lege ſacerdotiũ innitebat regno: q2 figuratiuũ erat ſacerdotiũ ꝛ nõ verũ: ſed regnũ erat verũ: ꝛ pp̃ter hoc regnũ ponitur ſubſtantiue. Item in nouo teſtamento: ſcilicet in canonica petri ſacerdotium ponit ſubſtãtiue/ꝛ regnũ adiectiue: q2 ibi regnũ innitit ſacerdotio: ſed hic vtrũq3 ponit ſubſtãtiue: q2 hic liber ptinet ad ſtatũ patrie/vbi null9 alij innitit: q2.j.Cor.xv.c. Ceſſabit oĩs p̃latio. m ¶ Et vidi ꝛ audiui. Septima ps vbi oſtenſũ eſt iohãni quõ ↄgratulant angeli de redẽptiõe generis hũani/ꝛ deũ inde laudant. S3 q̃rit: cũ in p̃cedenti pte vbi egit de cõgratulatiõe hoĩm oñdit q2 ꝛ hoĩes imitant chriſtũ/ꝛ laudãt ipm: hic xo agẽs d ↄgratulatiõe angeloꝝ: nõ dic niſi q2 angeli laudãt deũ: vñ h? Sol'. Quia angeli ipm nõ imitant nec poſſũt/cũ dicat Heb.ij.d. Nuſq3 angelos apphẽdit: ſed ſemẽ abrae apphẽdit. S3 q̃rit hic: vtrũ loquat de viſione corpali/aut ſpũali. Si p̃mo mõ/ſ ſit vox/nõ videt. Si ſecũdo mõ: tũc ẽ ordo p̃poſter9: Ibi em̃ prius ẽ audire/ꝛ poſtea videre: id ẽ itelligere. Glo. ſoluit q̃ dic: Vidi/q̃ p̃dicta ſũt. Et audiui: q̃ ſequũt vocẽ. Vel põt ſic dici: Vidi: angelos p iſpiratione factã mihi a deo. Et audiui: poſtea/ n ¶ Vocẽ angeloꝝ mltoꝝ: exiſtẽtiũ.ſ. o ¶ In circuitu throni ꝛ aĩaliũ ꝛ ſenioꝝ. Hoc dic: q2 ꝛ maiores ꝛ minores ꝛ medias pſonas eccl'ie angeli ptegũt/cuſtodiũt ꝛ defendũt: q2 vt dicit Ps. Ps.126
Niſi dñs cuſtodierit ciuitatẽ fruſtra vigilat q̃ cuſtodit eã. Vñ ſup illud verbũ Geñ.xxx.d. Expimẽto didici q2 bñdixerit mihi dominus pp̃ter te: dicit Be. Etſi nõ videam9 obſequium quoꝝ expimur auxiliũ/ex hoc ipo monemur inuiſibilia viſibilibus p̃ponẽda. Q2 ergo angeli ſunt in circuitu noſtro/hoc q̃tidie diſcimus expimento. Et põt pbari: q2 ſi mali angeli circueunt ad deuorãdũ.j.Pet.v.c. Circuit q̃rens quẽ deuoret. Et Iob.j.b.ꝛ.ij.a. Circuiui terrã ſatis pbabile: imo xiſſimũ eſt q2 boni circũeunt ꝛ circũdant nos defendẽdo. Eſa.lxij.b. Super muros tuos hieruſalem conſtitui cuſtodes: tota die et tota nocte perpetuo non tacebunt. p ¶ Et erat numerus eorũ milia: de nũero/ q ¶ Miliũ: id eſt mlta milia. In his verbis duo ſignificata: ſũt in mltitudine maior atteſtatio: ꝛ ↄgratulatio ꝛ ita mai9 gaudiũ. Itẽ in ipis nominib9 vl' nũeris vl' mõ loquendi ſignificatũ eſt vt dicit Glo. q2 numerus angelorum quo ad nos infinitus eſt: ſed quo ad deum finitus: quia mille eſt finitus numerus: ſed infinitus quo ad ſignificatum: ſcilicet propter pluralem numerum. Unde deo qui eſt principium ꝛ principalis cauſa omniũ: finitus eſt numerus angeloru3: nobis xo qui ſum9 ſecũdarij: ꝛ q̃ſi in nũero plurali infinitus. Vñ Iob.xxv.a. Nunq̃d eſt numer9 militũ ei9. Dañ.vij.c. Milia miliũ miniſtrabãt ei: ꝛ decies milies cẽtena milia aſſiſtebãt ei.

a Voce magna dicentiū: Dign⁹ eſt agn⁹ ꝗ occiſus ē accipere vtutē. Glo. immunitatē a peccato. Sed nonne in incarnatione imunitatē a peccato accepit: quō ergo dicit/ ꝙ dign⁹ eſt accipere: quia occiſus eſt? Sol. Licet acceperit ī incarnatiōe: dicit tamē in pſenti accipere/ ⁊ nō accepiſſe/ vt ſic notet imutabilitas ī deo eē: qꝛ poſt pmū inſtans ſue conceptiōis nō fuit aliqñ magis vel minus imunis a peccato: ⁊ ſic li accipe ē pſens cōfuſū. Magna aūt dicit vox angeloꝝ: quia ſi gaudium eſt angelis dei ſuper vno peccatore penitentiā agente: Luc. xv. b. quanto magis eis eſt gaudium de totius generis humani redēptiōe/ ⁊ omniū electorum ſaluatione.

Art. ſub

a b voce magna dicētiū: Dign⁹ ē
c agnus qui occiſus eſt accipe
d e re virtutē et diuinitatē/ et ſapi
f g ēntiā/ et fortitudinē/ et hono
h rē/ et gloriā/ et benedictionē:
i k l et oēm creaturā que in celo
m n eſt/ et ꝗ ſuper terrā/ et ſubt⁹ ter
o rā: et que ſunt in mari/ et ꝗ in
p eo: omnes audiui/ dicētes ſedē
q r ti in throno et agno: Benedi
s t ctio et honor/ et gloria/ et po
v x teſtas in ſecula ſeculorū. Et
y z quattuor aialia dicebāt: Amē.
a Et vigintiquattuor ſeniores ce
b c ciderūt ī facies ſuas: ⁊ adora
d uerūt viuētē in ſecula ſecloꝝ.

d Virtutē ⁊ diuinitatē: in ſecūdo aduētu. Mat. xxiiij. c. Tūc videbūt filiū hominis venientem in nubibus celi cum virtute magna et maieſtate. f Et ſapientiam et fortitudinem: quo ad primū aduētū: vbi ſapiēter debellauit tanꝗ fortis athleta diabolū: qñ accederet temptato/ tria vitia ī mediū ducēs. h Honorē: ī reſurrectiōe. i Et gloriam: in aſcenſione. k Et benedictionē: in fideliū multiplicatione. Vel d Virtutē: cōtra vitium ⁊ debilitatem noſtrā. e Et diuinitatē: contra corruptionem noſtram. Pſ. Non dabis ſanctum tuū videre corruptionē. Hoc fuit virtute deitat' vnite corpi. f Sapiētiā: plenā omniū cognitionē/ ꝯtra ignorātiā. g Fortitudinē: ꝗ fortit aereas poteſtates deuicit. Eſa. lj. d. Nunquid non tu percuſſiſti ſuperbum/ vulneraſti draconē? Abacuk. iij. c. Percuſſiſti caput de domo impij. h Honorē: quia fuit inhonoratus a iudeis/ cū vocaretur filius fabri. Marci. vj. a. Nonne hic eſt faber/ filius marie frater iacobi et ioſeph et iude et ſimonis? Et Matth. xiij. g. Nonne hic eſt fabri filius. i Et gloriā: reſurrectionis ꝓpter vilitatem paſſionis. k Et bñdictionē: in exaltatiōe nomis. Phil. ij. b. Deus exaltauit illum ⁊ donauit illi nomen qđ eſt ſup omne nomen. l Et omnē creaturam que in celo eſt et que ſuper terrā/ ⁊ que ſubt⁹ terrā. Matth. vlt. d. Data eſt mihi ois poteſtas in celo ⁊ in terra. Hoc eſt qđ dicit Phil. ij. b. Vt in nomine ieſu omne genu flectatur celeſtium/ terreſtrium ⁊ infernorū. o Et que ſunt in mari ⁊ que in eo. q. d. omis creatura eius ſubijcitur ditioni/ vt ď ea faciat quicquid voluerit. Matth. xj. d. Omia mihi tradita ſunt a patre meo. Vel ſic: b Dignus es: non dignitate meriti: ſed congrui. c Accipere virtutem ⁊ diuinitatem: id eſt diuinā virtutem. f Et ſapientiā: id eſt vniri verbo qđ eſt dei virtus ⁊ ſapientia. j. Cor. j. d. Et fortitudinem: expugnādi fortem. Luc. xj. c. Cum fortis armatus cuſtodit atriū ſuū/ in pace ſunt omia que poſſidet: ſic qſi in pace diabol⁹ fortis poſſidebat genus humanū ante aduentū chriſti. Si autem fortior illo ſuperueniens vicerit illū/ vniuerſa arma eius auferet in quibus cōfidebat: ſic chriſtus fortior diabolo ipm deuicit. Eſa. xlix. g. Nunquid tolletur a forti preda: aut quod captū fuerit a robuſto ſaluū eſſe poterit? quia hec dicit dominus equidē ⁊ captiuitas a forti tolletur: ⁊ quod ablatum fuerit a robuſto ſaluabit. Et honorē: celi ⁊ mundi ſubiectionē ⁊
Pſ. 96 adorationē. Pſ. Adorate deū oēs angeli ei⁹. Itē. Tollite hoſti
Pſ. 95. as vos hoies ⁊ introite in atria ei⁹: adorate dñm in atrio ſancto ei⁹. i Et gloriā: imortalitat' ⁊ vtriuſꝗ ſtole in reſurrectiōe. Eſa. lxiij. a. Iſte formoſus in ſtola ſua gradiēs in multitudine vtu
Pſ. 8. tis ſue. Pſ. Glia ⁊ honore coronaſti eū dñe. k Et bñdictio
nē: in natiuitate. Luc. j. d. Bñdict⁹ fruct⁹ vētr' tui. l Et om
Pſ. 18. nē creaturā. Pſ. Omia ſubieciſti ſub pedibus ei⁹. Ioh. xvij. b. Oia mea tua ſūt/ et tua mea ſūt. m Que ī celo eſt ⁊ ꝗ ſup terrā. Eph. j. d. Conſtituēs ad dexterā ſuam in celeſtibus ſuper omnē principatum ⁊ poteſtatē ⁊ virtutem ⁊ dominationē/ ⁊ omne nomen qđ nominatur nō ſolū in hoc ſeculo: ſed etiā in futuro: ⁊ omnia ſubiecit ſub pedibus eius ⁊ ipſum dedit caput ſuper omnē eccleſiā. n Et ꝗ ſubtus trā. S. j. d. Et habeo claues mortis ⁊ inferni. Col. ij. c. Expolians pncipatus et poteſtates. o Et ꝗ ſunt in mari ⁊ que in eo oia: id eſt totū mundum. Pſ. In mari via tua. p Omnes: angelos: ſcilicet vel creaturas. q Audiui: id eſt intellexi de rerum ordinatione laudare creatorē: r Dicētes ſedenti: deo patri. s Et agno id eſt domino ieſu chriſto. Vel Sedēti in throno ⁊ agno: id ē chriſto ſm deitatē ſedenti: ſm humanitatem agno: id eſt ad laudem ſedentis in throno ⁊ agni. Et qđ: Hoc. ſ. t Bñdictio ⁊c. Hec qttuor que a deo acceperūt/ angeli attribuūt ei. Benedictio: qꝛ in gratia confirmat: Et hec fuit benedictio de rore celi deſuper: id ē de miſericordia ⁊ benignitate dei. Geñ. xxvij. f. v Et honor: quē adhuc habuerūt a dño: vel quem exhibēt eis homines. x Et gloria: de ꝯſortio ⁊ viſione dei. y Et poteſtas: qꝛ reſtiterūt malis: ſcʒ lucifero cadenti. z In ſecula ſeculoꝝ. q. d. continue ⁊ ſemp laudant deum ⁊ pdicta ei attribuūt. Sed cum hoc habuerint a deo a pncipio mundi priuſꝗ incarnaret filius dei ꝗ ſm humanitatem dicitur agnus: quō hoc attribuūt agno? Sol. Agno attribuūt inqꝗtū agn⁹ deus eſt: vel quia per ipm ruina reparata ē angeloꝝ. Hec tamē qttuor ſm vnā Glo. exponunt ď chriſto ſic: t Bñdictio: id ē exaltatio. v Et honor: id ē impaſſibilitas. x Et glia: ī reſurrectiōe imortalitas. y Et ptās: ꝗ ad oīm ſubiectionē/ ſit ſupple agno. z In ſecula ſeculoꝝ: id eſt in eternū. Itē ſm aliā Glo. exponunt ď hoib⁹ ꝗ qttuor ꝗ habēt attribuūt deo. Vñ dic Glo. t Bñdictio: quā habem⁹ ī bonis opib⁹. v Et honor: ꝗ inde ſequit. x Et glia: de vtutib⁹ ꝗs in baptiſmo accepim⁹. y Et ptās: ꝗ ꝯcupiſcētijs reſiſtim⁹: nō nobis/ ſꝫ ſibi attribuant. Vñ Pſ. Nō nobis dñe nō nob: ſꝫ noi tuo da glo
riā. a Et qttuor aialia. Octaua ps in ꝗ oñdit quō ſancti ꝯſentiūt ꝯgratulatiōi angeloꝝ de redēptione hoim. Vñ dicit. Et qttuor aialia dicebāt amē: ꝯgratulatiōi ⁊ teſtimonio angeloꝝ pbētes aſſenſū. Amē aūt dicūt/ vt dicit Glo. qꝛ pdicatorib⁹ ex officio ſuo cōuenit alios cōfirmare. Vñ petro dictū eſt Luc. xxij. d. Et tu aliqñ ꝯuerſus cōfirma fratres tuos. S. iij. a. Et confirma cetera que moritura erāt. Amē ē reſpōſio minoꝝ ⁊ finis orōnis. j. Cor. xiiij. c. Qui ſupplet locū idiote/ quō dicet amē ſup tuā bñdictionē. Et in h ꝙ hoies dicūt amē ⁊ nō angeli/ notat ꝙ hoies ī preſenti miores ſūt angelis. Nec obſtat illō qđ dicit Matth. xj. b. ď iohāne: Qui minor ē ī regno celoꝝ: maior eſt illo: qꝛ illō intelligit ď futuro vbi hoies eqbunt angelis: ⁊ aliq erūt maiores ꝗ aliq angeli: Vl ſic intelligit ꝗ minor ē ī celo/ maior eſt omibus hoibus qui ſūt in mūdo in ſecuritate ⁊ puritate ⁊ extēſione charitat'. Multi tñ homines etiā in mundo maiores ſūt aliquib⁹ angelis in eſſentia ⁊ in extēſione charitatis. Vel ſignificat ī hoc ꝙ hoies dicunt amē: ꝙ in futuro terminabit cōgratulatio ſanctoꝝ que eſt ſm ſtatum vie: qꝛ amē idē ē qđ fiat/ qđ ꝓ futuro ſonat: quia in via non poteſt eſſe laus pura/ quin aliquid admixtum habeat ď contrario:
ſꝫ in patria erit puriſſima. Vñ Pſ. Ad veſperū demorabit
flet⁹: ⁊ ad matutinū leticia. ſ. incipiet b Et vigintiquattuor ſeniores ceciderunt in facies ſuas: id eſt ad corda ſua ſe conuertentes humiliauerunt ſe: non alios iudicantes: ſm illud Luc. vj. f. Nolite iudicare/ et non iudicabimini: ſed ſeipſos arguentes. Gal. vj. a. Conſiderās teipſum ne ⁊ tu tēpteris. c Et adorauerunt: corde/ ore ⁊ opere. d Viuentem in ſecula ſeculorū: id eſt ab eterno in eternū viuentē in ſe ⁊ alijs vitā pſtātē. Ioh. xiiij. c. Quia ego viuo ⁊ vos viuetis.

Et vidi